



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani
Vvittenbergensis**

Luther, Martin

Vvittenberg[a]e, 1520

VD16 L 4238

Nonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33377

transeant illa, cū ihs, de quibus dicitur, Delicta quis intelligit
Et illis, non intres in iudiciū cū seruo tuo &c. Si quid exēploꝝ
cōtra hęc facta sunt, vel illudente diabolo facta sunt, vel non
recte intelligitur, sufficit, te voluisse omnia confiteri si nosse &
posses, misericordiā suā glorificari vult dicens, sed vbi: i iustis
ihs: Nō, sed in peccatis & miseris nostris, Scripturam oportet
p̄ferri om̄ibus exemplis.

¶ NONVM.

¶ Ad rem ipsam accedendo, tumultū illum distinctionū
penitus abscondat cōfessurus, qui passim celebratur, scz, quid
per timorem male humilitatē & timorem male accendentē,
quid cōtra tres virtutes Theologicas fidem, spem, charitatem,
quid contra quatuor virtutes cardinales, quid per quinque sen-
sus, quid per septē peccata mortalia, contra septem sacramēta,
contra septem dona spiritus sancti, quid contra octo beatitu-
dines, quid contra nouē peccata aliena, quid contra duodecim
arti, fidei, quid per muta, quid per clamantia in cœlū peccata,
aut si qua alia sunt, per q̄ aut cōtra peccatum est. Iste em̄ odio
sillimus ac tediosissim⁹ cathalogus distinctionū inutilissim⁹
est immo noxius omnino. Addiderūt his malis quidam circū-
stantiarū molestissimū negociū, quibus om̄ibus duo fruct⁹
promouerūt, Primū, q̄ confessuro his nugis tantū negoçij sit,
vt id quod precipuū est, penitus curare non possit, scz studiū
boni propositi, tanta mole memoriā occupare, & curarū solici-
tudinūq; recte proferendi negocio cor opplere coactus. Atq;
dum querit peccata oblita vel modū confitendi, interim præ-
sentis conscientie morsum, totamq; salutaris cōfessionis utilita-
tem penitus amittat, vt absolutus non a deo gaudeat sese abso-
lutū, q̄ sese misera illa confitendi carnificina semel liberatum.
Quia nec absolutionē tā quæsiuit, q̄ finē laboriosissime cōfite-
tendi carnificinē, adeo dū dormimus secure, om̄ia passim sunt
rentes, & alio impediētes.

Quare ipsa p̄cepta dei breuiter sunt inspicienda, in quibus
sine dubio, om̄ia peccata cōtinentur, si recte intelligantur. Nec
tamen hęc oīa, sed vltima duo, p̄sus a confessione sunt ex cluz-
denda, Cōfessio em̄ & breuis esse debet, & eorū potissimū pec-
catorū, q̄ p̄senter mordent, & vt dicūt, quę mouēt ad cōfessi-
onē. Confessionis em̄ sacramētum ad quietandam, non perur-
bandam cōscientiam institutū est.

B

voluisse sufficit

Quia omittenda est

hec respicienda

*per se
confessio que instituitur*